

Sigismundus Dei Gratia rex Polonia, magnus  
 Dux Lithuania, Russia, Prussia, Masovia &  
 dominus et heres. Reverendis in Christo Pa-  
 tribus Dominis Episcopis, nec non Magni-  
 ficis Generosis terrarum nostrarum Prussia  
 consiliarijs sincerè nobis et fidelibus Dilectis,  
 gratiam nostram regiam.

58

Prædixi in Xto Patres et Mjia ac Gnoxi in-  
 cerè nobis et fideles dilecti!

Queritur nobilis Mathias Ciganiski se bonis su-  
 is eversum, atque uxore etiam sua spoliatum  
 esse, que res ut ab eo narratur, indigna nobis  
 esse videtur. hortamur itaque sinceritates et  
 fideles vestra, atque eis injungimus presen-  
 tibus et mandamus, ut causam hanc, que  
 madmodum se habeat, cognoscant, quodque  
 juris est, decernant ac provideant pro offi-  
 cio suo, ne ejusmodi querimonijs que gra-  
 vis injuriæ speciem habere videntur, aures  
 deinceps nostra fatigentur. factura pro offi-  
 cio suo et gratia nostra Datum Vilnae De-  
 cimâ quartâ Aprilis annò Domini millesimò  
 quingentesimò quadragesimò secundò. regi ve-  
 rò nostri annò trigesimò sexto.

Ad mandatum Proprium  
 Sacra Regia Majestatis.





*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side]*

*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side]*

*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side]*

*[Partial view of the adjacent page, showing handwritten text and a large initial 'L' or 'L' mark]*